

Tertio igitur idus novembris suscepimus epistolam Gregorii patricii Siciliensis, responsum scilicet serenitatis vestrae epistolae – neque eam ad legendum aperuimus, neque, quid in ea continetur cognovimus, nisi quod per illum missum nostrum nobis in verbis direxit, id est de illis Sarracenorum missis, cum quibus pactum confirmavit ipse patricius in annos decem.

Ipsi vero missi Sarracenorum in navigiis Beneticorum venerunt, et sic veniendo combusserunt igne duo navigia, quae de Spania veniebant.

Absoluta III idus novembris.

43. – 814-820. *Ludovico I conferma al patriarca Fortunato e agli istriani privilegi di cui godevano, e il giudicato di Risano.*

FONTI: Arch. Stato, Venezia, cod. Trevisano, c. 27, n. 18; cod. marc. lat. XIV, 74, c. 216; 77, c. 98.

EDIZ.: Kukuljevic, *Codex diplom. Croatiae*, I, 42; Kandler, *Cod. dipl. istr.*, I, s. a. 815.

Ludovicus, divina ordinante clementia, imperator augustus Fortunato venerabili patriarchae, itemque omnibus episcopis, abbatibus, tribunis, seu reliquis fidelibus nostris Istriae provinciae commorantibus, a majore usque ad minorem.

Sicut enim a primordio vobis concessimus, ita et de-
nuo per sacram auctoritatem nostram confirmare decre-
vimus, vestris justis pertitionibus annuentes, videlicet ut
unicuique secundum ordinem, honorem dignitatis et legem
antiquam, ut, si aliquis vestrum ex hac luce discesserit,
inter vos rectorem et gubernatorem atque patriarcham,
episcopos, abbates seu tribunos et reliquos ordines licen-
tiam habeatis eligendi, ea scilicet ratione, ut unanimes et
concordes esse debeatis, pacem adinvicem et justitiam con-
sentientes et conservantes, et qui potentiores fuerint, mi-